

# Laudes du vendredi

## Psaume 66

*Deus misereatur nostri et benedicat nobis ; \**

*illúminet vultum suum super nos,  
ut cognoscatur in terra via tua, \*  
in ómnibus géntibus salutáre tuum.*

*Confiteantur tibi pópuli, Deus ; \*  
confiteantur tibi pópuli omnes.*

*Læténtur et exsúltent gentes, †  
quóniam iúdicas pópulos in  
æquitáte \*  
et gentes in terra dírigis.*

*Confiteantur tibi pópuli, Deus, \*  
confiteantur tibi pópuli omnes.*

*Terra dedit fructum suum ; \*  
benedicat nos Deus, Deus noster,  
benedicat nos Deus, \*  
et métuant eum omnes fines terræ.*

Que Dieu nous prenne en grâce et nous bénisse, que son visage s'illumine pour nous ;

et ton chemin sera connu sur la terre, ton salut, parmi toutes les nations.

Que les peuples, Dieu, te rendent grâce ; qu'ils te rendent grâce tous ensemble !

Que les nations chantent leur joie, car tu gouvernes le monde avec justice ; tu gouvernes les peuples avec droiture, sur la terre, tu conduis les nations.

Que les peuples, Dieu, te rendent grâce ; qu'ils te rendent grâce tous ensemble !

La terre a donné son fruit ; Dieu, notre Dieu, nous bénit.

Que Dieu nous bénisse, et que la terre tout entière l'adore !

## Hymnes

### Semaine 1

**Æ** Terna cæli glória,  
beáta spes mortálium,  
celsi Paréntis Unice  
castæque proles Vírginis,

Da dexteram surgéntibus,  
exsúrgat et mens sóbria  
flagrans et in laudem Dei  
grates repéndat débitas.

Ortus refúlget lúCIFer  
ipsámque lucem núnTIAT,  
cADIT CALIGO nóCTIUM,  
lux sancta nos illúMINET,

Manénsque nostris sénsibus  
noctem repéllat sæculi  
omníque fine témporis  
purgáta servet pÉctora.

Quæsíta iam primum fides  
radícet altis sénsibus,  
secúnda spes congáudeat;  
tunc maior exstat cÁritas.

Sit, Christe, rex piíssime,  
tibi Patrique glória  
cum Spírítu Paráclito,  
in sempitérna sæcula.

**É**ternelle gloire du ciel,/ bien-  
heureux espoir des hu-  
mains,/ Fils unique du Dieu très-  
haut,/ enfant de la Vierge très  
pure,

Tends la main à ceux qui se  
lèvent:/ que leur esprit s'éveille,  
libre;/ et plein d'ardeur pour  
louer Dieu,/ qu'il lui rende une  
juste grâce.

L'étoile du matin rayonne,/  
elle annonce le vrai soleil;/ les  
ombres de la nuit s'effacent:/  
Lumière sainte, éclaire-nous!

En demeurant dans notre  
cœur,/ repousse la nuit de ce  
monde;/ garde nos âmes sans  
péché/ jusqu'au terme de no-  
tre vie.

Que la foi d'abord, si pré-  
cieuse,/ s'enracine au fond de  
nos cœurs;/ qu'ensuite exulte  
l'espérance,/ qu'enfin, la cha-  
rité l'emporte!

O Christ, ô Roi plein de  
bonté,/ gloire à toi et gloire à  
ton Père,/ avec l'Esprit Conso-  
lateur,/ à travers les siècles sans  
fin.

## Semaine 2

**D**Eus, qui cæli lumen es  
satôrque lucis, qui polum  
patérno fultum bráchio  
præclára pandis dèxtera,

Auróra stellas iam tegit  
rubrum sustóllens gúrgitem,  
uméctis atque flátibus  
terram baptízans róribus.

Iam noctis umbra línquitur,  
polum calígo désérit,  
typúsque Christi, lúCIFer  
diem sópítum súscitat.

Dies diérum tu, Deus,  
lucisque lumen ipse es,  
Unum potens per ómnia,  
potens in unum Trínitas.

Te nunc, Salvátor, quæsumus,  
tibíque genu fléctimus,  
Patrem cum Sancto Spírítu  
totis laudántes vóribus.

## Psaume 50

*Miserére mei, Deus, secúndum mi-  
sericórdiam tuam ; \*  
et secúndum multítudínem misera-  
tiónum tuárum dele iniquitátem  
meam.*

*Amplius lava me ab iniquitáte mea \*  
et a peccáto meo munda me.*

*Quóniam iniquitátem meam ego  
cognóscó, \*  
et peccátum meum contra me est  
semper.*

**D**ieu, lumière de l'univers,/  
et toi, semeur de la clarté/  
dont la main dévoile le ciel/  
que soutient le bras de ton Père,

L'aurore efface les étoiles,/  
elle soulève un flot vermeil;/ et  
l'humidité de son souffle/ bap-  
tise de rosée la terre.

L'ombre des nuits déjà s'ef-  
face,/ la ténèbre quitte le ciel;/  
tel le Christ, l'astre du matin/  
éveille le jour endormi.

O Dieu, tu es le jour des  
jours,/ tu es splendeur de la  
lumière,/ le seul, puissant en  
toutes choses,/ puissante,  
unique Trinité.

C'est toi, Seigneur, que nous  
prions;/ pour toi, nous plions le  
genou;/ de toutes nos voix,  
nous louons/ le Père avec le  
Saint-Esprit.

Pitié pour moi, mon Dieu, dans ton  
amour, selon ta grande miséricorde,  
efface mon péché.

<sup>4</sup> Lave-moi tout entier de ma faute,  
purifie-moi de mon offense.

<sup>5</sup> Oui, je connais mon péché, ma  
faute est toujours devant moi.

*Tibi, tibi soli peccávi \*  
et malum coram te feci,*

*Ut iustus inveniáris in senténtia  
tua \**

*et æquus in iudício tuo.*

*Ecce enim in iniquitáte generátus  
sum, \**

*et in peccáto concépit me mater  
mea.*

*Ecce enim veritátem in corde di-  
lexísti \**

*et in occúlto sapiéntiam mani-  
festásti mihi.*

*Aspérges me hyssópo, et  
mundábor ; \**

*lavábis me, et super nivem  
dealbábor.*

*Audíre me fácies gáudium et  
lætítiam, \**

*et exultábunt ossa quæ contrivísti.*

*Avérte faciém tuam a peccátis  
meis \**

*et omnes iniquitátes meas dele.*

*Cor mundum crea in me, Deus, \*  
et spíritum fírimum ínnova in viscéri-  
bus meis.*

*Ne proícias me a fácie tua \*  
et spíritum sanctum tuum ne áufe-  
ras a me.*

*Redde mihi lætítiam salutáris tui \*  
et spíritu promptíssimo confírma  
me.*

*Docébo iníquos vías tuas, \*  
et ímpii ad te converténtur.*

<sup>6</sup> Contre toi, et toi seul, j'ai péché,  
ce qui est mal à tes yeux, je l'ai fait.

Ainsi, tu peux parler et montrer ta  
justice, être juge et montrer ta vic-  
toire.

<sup>7</sup> Moi, je suis né dans la faute, j'étais  
pécheur dès le sein de ma mère.

<sup>8</sup> Mais tu veux au fond de moi la vé-  
rité ; dans le secret, tu m'apprends  
la sagesse.

<sup>9</sup> Purifie-moi avec l'hysope, et je se-  
rai pur ;  
lave-moi et je serai blanc, plus que  
la neige.

<sup>10</sup> Fais que j'entende les chants et la  
fête : ils danseront, les os que tu  
broyais.

<sup>11</sup> Détourne ta face de mes fautes,  
enlève tous mes péchés.

<sup>12</sup> Crée en moi un cœur pur, ô mon  
Dieu, renouvelle et raffermis au  
fond de moi mon esprit.

<sup>13</sup> Ne me chasse pas loin de ta face,  
ne me reprends pas ton esprit saint.

<sup>14</sup> Rends-moi la joie d'être sauvé ;  
que l'esprit généreux me soutienne.

<sup>15</sup> Aux pécheurs, j'enseignerai tes  
chemins ; vers toi, reviendront les  
égarés.

*Libera me de sanguinibus, Deus,  
Deus salutis meæ, \*  
et exultabit lingua mea iustitiam  
tuam.*

*Dómine, lábia mea apéries, \*  
et os meum annuntiábit laudem  
tuam.*

*Non enim sacrificio delectáris, \*  
holocáustum, si offeram, non placé-  
bit.*

*Sacrificium Deo spíritus contri-  
bulátus, \*  
cor contrítum et humiliátum, Deus,  
non despícies.*

*Benígne fac, Dómine, in bona vo-  
luntáte tua Sion, \*  
ut ædificéntur muri Ierúsalem.*

*Tunc acceptábis sacrificium iustitiæ,  
oblatiões et holocáusta ; \*  
tunc impónent super altáre tuum  
vítilos.*

## Psaume 75

*Notus in Iudæa Deus, \*  
in Israel magnum nomen eius.*

*Et est in Salem tabernáculum eius, \*  
et habitátio eius in Sion.*

*Ibi confrégit coruscatiões arcus, \*  
scutum, gládium et bellum.*

*Illúminans tu, Mirábilis, \*  
a móntibus direptiõnis.*

*Spoliáti sunt poténtes corde, †  
dormiérunt somnum suum, \*  
et non invenérunt omnes viri fortes  
manus suas.*

<sup>16</sup> Libère-moi du sang versé, Dieu,  
mon Dieu sauveur, et ma langue ac-  
clamera ta justice.

<sup>17</sup> Seigneur, ouvre mes lèvres, et ma  
bouche annoncera ta louange.

<sup>18</sup> Si j'offre un sacrifice, tu n'en veux  
pas, tu n'acceptes pas d'holocauste.

<sup>19</sup> Le sacrifice qui plaît à Dieu, c'est  
un esprit brisé ; tu ne repousses  
pas, ô mon Dieu, un cœur brisé et  
broyé.

<sup>20</sup> Accorde à Sion le bonheur, relève  
les murs de Jérusalem.

<sup>21</sup> Alors tu accepteras de justes sa-  
crifices, oblations et holocaustes ;  
alors on offrira des taureaux sur ton  
autel.

02 Dieu s'est fait connaître en Juda ;  
en Israël, son nom est grand.

03 A Salem il a fixé sa tente, et sa  
demeure à Sion.

04 Ici, il a brisé les traits de l'arc,  
l'épée, le bouclier et la guerre.

05 Magnifique, toi, tu resplendis au-  
dessus d'une montagne de butin.

06 Les voici dépouillés, ces guer-  
riers, endormis, tous ces braves aux  
mains inertes.

*Ab increpatione tua, Deus Iacob, \*  
dormitaverunt auriga et equus.*

*Tu terribilis es, et quis resistet tibi ?\*  
Ex tunc ira tua.*

*De caelo auditum fecisti iudicium ; \*  
terra tremuit et quievit,  
cum exurgeret in iudicium Deus, \*  
ut salvos faceret omnes mansuetos  
terrae.*

*Quoniam furor hominis confitebitur  
tibi, \*  
et reliquiae furoris diem festum  
agent tibi.*

*Vovete et reddite Domino Deo ves-  
tro ; \*  
omnes in circuitu eius afferant  
munera Terribili,  
ei qui aufert spiritum principum, \*  
terribili apud reges terrae.*

## Psaume 91

*Bonum est confiteri Domino \*  
et psallere nomini tuo, Altissime,*

*annuntiare mane misericordiam  
tuam \*  
et veritatem tuam per noctem,  
in decachordo et psalterio, \*  
cum cantico in cithara.*

*Quia delectasti me, Domine, in  
factura tua, \*  
et in operibus manuum tuarum  
exultabo.*

*Quam magnificata sunt opera tua,  
Domine : \**

07 Sous ta menace, Dieu de Jacob,  
le char et le cheval se sont figés.

08 Toi, tu es le redoutable ! Qui  
tiendra sous les coups de ta fureur ?

09 Des cieux, tu prononces le ver-  
dict ; la terre a peur et se tait

10 quand Dieu se lève pour juger,  
pour sauver tous les humbles de la  
terre.

11 La colère des hommes te rend  
gloire quand les survivants te font  
cortège.

12 Faites des vœux et tenez vos  
promesses au Seigneur votre Dieu ;  
vous qui l'entourez, portez votre of-  
frande au redoutable.

13 Il éteint le souffle des princes,  
lui, redoutable aux rois de la terre !

02 Qu'il est bon de rendre grâce au  
Seigneur, de chanter pour ton nom,  
Dieu Très-Haut,

03 d'annoncer dès le matin ton  
amour, ta fidélité, au long des nuits,

04 sur la lyre à dix cordes et sur la  
harpe, sur un murmure de cithare.

05 Tes oeuvres me comblent de joie  
; devant l'ouvrage de tes mains, je  
m'écrie :

06 « Que tes oeuvres sont grandes,  
Seigneur !

*nimis profúndæ factæ sunt cogi-  
tatiónes tuæ.*

*Vir insípiens non cognóscet, \*  
et stultus non intéllet hæc.*

*Cum germináverint peccatóres sicut  
fenum, \*  
et florúerint omnes qui operántur  
iniquitátem,*

*Hoc tamen erit ad intéritum in sæ-  
culum sæculi ; \* tu autem altíssimus  
in ætérnum, Dómine.*

*Quóniam ecce inimíci tui, Dómine, †  
quóniam ecce inimíci tui peribunt, \*  
et dispergéntur omnes qui  
operántur iniquitátem.*

*Exaltábis sicut unicórnis cornu  
meum, \*  
perfúsus sum óleo úberi.*

*Et despíciat óculus meus inimícos  
meos, \*  
et in insurgéntibus in me malignán-  
tibus áudiet auris mea.*

*Iustus ut palma florébit, \*  
sicut cedrus Líbani succrésceat.*

*Plantáti in domo Dómini, \*  
in átriis Dei nostri florébunt.*

*Adhuc fructus dabunt in senécta, \*  
úberes et bene viréntes erunt,  
ut annúntient quóniam rectus Dómi-  
nus, refúgium meum, \*  
et non est iníquitas in eo.*

Combien sont profondes tes pen-  
sées ! »

07 L'homme borné ne le sait pas,  
l'insensé ne peut le comprendre :

08 les impies croissent comme  
l'herbe, \* ils fleurissent, ceux qui  
font le mal, mais pour disparaître à  
tout jamais.

09 Toi, qui habites là-haut, tu es  
pour toujours le Seigneur.

10 Vois tes ennemis, Seigneur, vois  
tes ennemis qui périssent, \* et la  
déroute de ceux qui font le mal.

11 Tu me donnes la fougue du tau-  
reau, tu me baignes d'huile nouvelle  
;

12 j'ai vu, j'ai repéré mes espions,  
j'entends ceux qui viennent m'atta-  
quer.

13 Le juste grandira comme un pal-  
mier, il poussera comme un cèdre  
du Liban ;

14 planté dans les parvis du Sei-  
gneur, il grandira dans la maison de  
notre Dieu.

15 Vieillissant, il fructifie encore, il  
garde sa sève et sa verdure

16 pour annoncer : « Le Seigneur  
est droit ! Pas de ruse en Dieu, mon  
rocher ! »

# Cantique de l'Ancien Testament

Le psautier compte ici quatre cantiques, dont on ne chante qu'un seul, selon le numéro de la semaine liturgique.

## Semaine 1

Is 45

*Vere tu es Deus absconditus, \**  
*Deus Israel, salvátor.*

*Confúsi sunt et erubuérunt omnes, \**  
*simul abiérunt in confusiónem fabricatóres idolórum.*

*Israel salvátus est in Dómino salúte*  
*ætérna ; \**  
*non confundémini et non erubescétis usque in sæculum sæculi.*

*Quia hæc dicit Dóminus, qui creávit*  
*cælos, †*  
*ipse Deus, qui formávit terram et*  
*fecit eam, \**  
*ipse fundávit eam ;*

*non ut vácuæ esset, creávit eam, †*  
*ut habitaretur, formávit eam : \**  
*« Ego Dóminus, et non est álius.*

*Non in abscondito locútus sum, \**  
*in loco terræ tenebróso ;*

*non dixi sémini Iacob : "Frustra quærite me". \**  
*Ego Dóminus loquens iustítiam,*  
*annúntians recta.*

*Congregámini et veníte et accédite*  
*simul, \**  
*qui salváti estis ex géntibus.*

*Nesciérunt, qui levant lignum*  
*sculptúræ suæ \**

15 Vraiment tu es un Dieu qui se cache, Dieu d'Israël, Sauveur !

16 Ils sont tous humiliés, déshonorés, ils s'en vont, couverts de honte, ceux qui fabriquent leurs idoles.

17 Israël est sauvé par le Seigneur, sauvé pour les siècles. Vous ne serez ni honteux ni humiliés pour la suite des siècles.

18 Ainsi parle le Seigneur, le Créateur des cieux, lui, le Dieu qui fit la terre et la façonna, lui qui l'a affermit, qui l'a créée,

non pas comme un lieu vide, mais qui l'a façonnée pour être habitée :  
« Je suis le Seigneur : il n'en est pas d'autre !

19 Quand j'ai parlé, je ne me cachais pas quelque part dans l'obscurité de la terre ;

je n'ai pas dit aux descendants de Jacob : Cherchez-moi dans le vide !  
Je suis le Seigneur qui profère la justice, qui proclame ce qui est droit !

20 Rassemblez-vous, venez, approchez tous, survivants des nations !

Ils sont dans l'ignorance, ceux qui portent leurs idoles de bois, et qui



*et rogant deum non salvántem.*

*Annuntiáte et veníte et consiliámini simul. \**

*Quis audítum fecit hoc ab initio, ex tunc prædíxit illud ?*

*Numquid non ego Dóminus, †  
et non est ultra Deus absque me ? \*  
Deus iustus et salvans non est  
præter me.*

*Convertímini ad me et salvi éritis,  
omnes fines terræ, \*  
quia ego Deus, et non est álius.*

*In memetípso iurávi : † Egréssa est  
de ore meo iustítia, \*  
verbum, quod non revertétur ;  
quia mihi curvábitur omne genu, \*  
et iurábit omnis lingua ».*

*« Tantum in Dómino » dicent \*  
« sunt iustítiae et robur ! »*

*Ad eum vénient et confundéntur \*  
omnes, qui repúgnant ei ;*

*in Dómino iustificábitur et laudábitur \*  
omne semen Israel.*

Semaine 2

*Dómine, audívi auditiónem tuam \*  
et tímui, Dómine, opus tuum.*

*In médio annórum vivífica illud, \*  
in médio annórum notum fácies.*

adressent des prières à leur dieu qui ne sauve pas.

21 Exposez votre cas, présentez vos preuves, tenez conseil entre vous : qui donc l'a d'avance révélé et jadis annoncé ?

N'est-ce pas moi, le Seigneur ? Hors moi, pas de Dieu ; de Dieu juste et sauveur, pas d'autre que moi !

22 Tournez-vous vers moi : vous serez sauvés, tous les lointains de la terre ! Oui, je suis Dieu : il n'en est pas d'autre !

23 Je le jure par moi-même ! De ma bouche sort la justice, la parole irrévocable.

Devant moi, tout genou fléchira, toute langue en fera le serment :

24 Par le Seigneur seulement – dira-t-elle de moi – la justice et la force ! »

Jusqu'à lui viendront, couverts de honte, tous ceux qui s'enflammaient contre lui.

25 Elle obtiendra, par le Seigneur, justice et louange, toute la descendance d'Israël.

Hab 3

02 Seigneur, j'ai entendu parler de toi ; devant ton œuvre, Seigneur, j'ai craint !

Dans le cours des années, fais-la revivre, dans le cours des années, fais-la connaître !

*Cum irátus fúeris, \*  
misericórdiæ recordáberis.*

*Deus a Theman véniet, \*  
et Sanctus de monte Pharan.*

*Opérit cælos glória eius, \*  
et laudis eius plena est terra.*

*Splendor eius ut lux erit, † rádii ex  
mánibus eius : \**

*ibi abscondita est fortitúdo eius.*

*Egréssus es in salútem pópuli tui, \*  
in salútem cum christo tuo.*

*Viam fecisti in mari equis tuis, \*  
in luto aquárum multárum.*

*Audívi, et conturbátus est venter  
meus, \*  
ad vocem contremuérunt lábia mea.*

*Ingréditur putrédo in óssibus meis, \*  
et subter me vacíllant gressus mei.*

*Conquiescam in die tribulatiónis, \*  
ut ascéndat super pópulum, qui  
invádit nos.*

*Ficus enim non florébit, \*  
et non erit fructus in véneis ;  
mentiétur opus olívæ, \*  
et arva non áfferent cibum ;  
abscíssum est de ovili pecus, \*  
et non est arméntum in præsépius.*

*Ego autem in Dómino gaudébo \*  
et exultábo in Deo salvatóre meo.*

*Dóminus Deus fortitúdo mea †  
et ponet pedes meos quasi cer-  
vórum \*  
et super excélsa mea dedúcet me.*

Quand tu frémis de colère, tu te  
souviens d'avoir pitié.

03 Dieu vient de Témane et le saint,  
du Mont de Parane ;  
sa majesté couvre les cieux, sa  
louange emplit la terre.

04 Son éclat est pareil à la lumière ;  
deux rayons sortent de ses mains :  
là se tient cachée sa puissance.

13 Tu es sorti pour sauver ton  
peuple, pour sauver ton messie.

15 Tu as foulé, de tes chevaux, la  
mer et le remous des eaux pro-  
fondes.

16 J'ai entendu et mes entrailles ont  
frémi ; à cette voix, mes lèvres  
tremblent,

la carie pénètre mes os. Et moi je  
frémis d'être là,  
d'attendre en silence le jour d'an-  
goisse qui se lèvera sur le peuple  
dressé contre nous.

17 Le figuier n'a pas fleuri ; pas de  
récolte dans les vignes.

Le fruit de l'olivier a déçu ; dans les  
champs, plus de nourriture.

L'enclos s'est vidé de ses brebis, et  
l'étable, de son bétail.

18 Et moi, je bondis de joie dans le  
Seigneur, j'exulte en Dieu, mon Sau-  
veur !

19 Le Seigneur mon Dieu est ma  
force ; il me donne l'agilité du cha-  
mois, il me fait marcher dans les  
hauteurs.

Semaine 3

Jr 14

« *Dedúcant óculi mei lácrimam per noctem et diem, \*  
et non táceant,*

*quóniam contritióne magna contríta est virgo fília pópuli mei, \*  
plaga péssima veheménter.*

*Si egréssus fúero ad agros, ecce oc-císi gládio ; \*  
et, si introíero in civitátem, ecce at-tenuáti fame ;*

*prophéta quoque et sacerdos \*  
abiérunt per terram nesciéntes ».*

*Numquid próciens abiecísti lu-dam, \*  
aut Sion abomináta est ánima tua ?*

*Quare ergo percussísti nos, \*  
ita ut nulla sit sánitas ?*

*Exspectávimus pacem, et non est bonum, \*  
et tempus curatiónis, et ecce turbátio.*

*Cognóvimus, Dómine, impietátes nostras, † iniquitátes patrum nostrórum, \*  
quia peccávimus tibi.*

*Ne des nos in oppróbrium propter nomen tuum, \*  
ne fácias contuméliam solio glóriæ tuæ ;*

*recordáre, \*  
ne irrítum fácias fœdus tuum nobíscum.*

Que mes yeux ruissellent de larmes nuit et jour, sans s'arrêter !

Elle est blessée d'une grande blessure, la vierge, la fille de mon peuple, meurtrie d'une plaie profonde.

18 Si je sors dans la campagne, voici les victimes de l'épée ; si j'entre dans la ville, voici les souffrants de la faim.

Même le prophète, même le prêtre parcourent le pays sans comprendre.

19 As-tu donc rejeté Juda ? Es-tu pris de dégoût pour Sion ?

Pourquoi nous frapper sans remède ?

Nous attendions la paix, et rien de bon ! le temps du remède, et voici l'épouvante !

20 Seigneur, nous connaissons notre révolte, la faute de nos pères : oui, nous avons péché contre toi !

21 À cause de ton nom, ne méprise pas, n'humilie pas le trône de ta gloire !

Rappelle-toi : ne romps pas ton alliance avec nous !

*Benedícite Dóminum, omnes  
elécti, †  
et, omnes, laudáte maiestátem  
illíus. \**

*Agite dies lætítiæ et confitémini illi.*

*Ierúsalem, cívitas sancta, \*  
flagellábit te in opéribus mánuum  
tuárum.*

*Confitére Dómino in bono ópere \*  
et bénedic regem sæculórum,  
ut íterum tabernáculum tuum ædifi-  
cétur in te cum gaudio\*  
et lætos fáciat in te omnes captívos*

*et diligat in te omnes míseros \*  
in ómnia sæcula sæculórum.*

*Lux spléndida fulgébit \*  
in ómnibus fínibus terræ ;*

*natiónes multæ vénient tibi ex  
longínquo †  
et a novíssimis pártibus terræ ad no-  
men sanctum tuum \*  
et múnera sua in mánibus suis ha-  
béntes regi cæli.*

*Generatiónes generatiónum dabunt  
in te lætítiam, \*  
et nomen eléctæ erit in sæcula  
sæculórum.*

*Tunc gaude et lætáre in filiis  
iustórum, †  
quóniam omnes colligéntur \*  
et benedícant Dómino ætérno.*

*Felíces, qui díligunt te, \*  
et felíces, qui gaudébunt in pace  
tua.*

9 Bénissez le Seigneur, vous, ses  
élus !

Fêtez-le, rendez-lui grâce !

10 Jérusalem, ville sainte,  
Dieu t'a frappée pour les œuvres de  
tes mains.

11 Rends toute grâce au Seigneur  
et bénis le Roi des siècles !

Qu'il relève en toi le sanctuaire, +

12 Qu'il réjouisse en toi les exilés, \*

qu'il aime en toi les malheureux,  
pour les siècles sans fin.

13 Une lumière brillante brillera  
jusqu'aux limites de la terre.

14 De loin, viendront des peuples  
nombreux vers ton nom qui est  
saint, \* les mains chargées de leurs  
offrandes pour le roi du ciel.

Les générations des générations  
t'empliront d'allégresse,  
et le nom de l'Élue restera pour les  
siècles.

15 Réjouis-toi, exulte, à cause des  
fils des justes :  
tous rassemblés, ils béniront le Sei-  
gneur ééternel.

Heureux ceux qui t'aiment :  
ils se réjouiront de ta paix.

*Anima mea, bēdic Dómino regi  
magno, † quia in Ierúsalem civitáte  
ædificábitur domus illíus \*  
in ómnia sæcula.*

## Psaumes 148-150

*Laudáte Dóminum de cælis, \*  
laudáte eum in excélsis.*

*Laudáte eum, omnes ángeli eius, \*  
laudáte eum, omnes virtútes eius.*

*Laudáte eum, sol et luna, \*  
laudáte eum, omnes stellæ lucéntes.*

*Laudáte eum, cæli cælórum, \*  
et aquæ omnes quæ super cælos  
sunt.*

*Laudent nomen Dómini, \*  
quia ipse mandávit, et créata sunt ;  
státuit ea in ætérnum et in sæculum  
sæculi ; \*  
præcéptum pósuit, et non  
præteríbit.*

*Laudáte Dóminum de terra, \*  
dracónes et omnes abýssi,  
ignis, grando, nix, fumus, \*  
spíritus procellárum, qui facit ver-  
bum eius,*

*montes et omnes colles, \*  
ligna fructífera et omnes cedri,  
béstiæ et unívrsa pécora, \*  
serpéntes et vólucres pennátæ.*

*Reges terræ et omnes pópuli, \*  
príncipes et omnes iúdice terræ,*

Mon âme, bénis le Seigneur, le  
Grand Roi : \*

16 il bâтира, dans Jérusalem,  
sa maison pour les siècles !

Louez le Seigneur du haut des cieux,  
louez-le dans les hauteurs.

<sup>2</sup> Vous, tous ses anges, louez-le,  
louez-le, tous les univers.

<sup>3</sup> Louez-le, soleil et lune, louez-le,  
tous les astres de lumière ;

<sup>4</sup> vous, cieux des cieux, louez-le, et  
les eaux des hauteurs des cieux.

<sup>5</sup> Qu'ils louent le nom du Seigneur :  
sur son ordre ils furent créés ;

<sup>6</sup> c'est lui qui les posa pour toujours  
sous une loi qui ne passera pas.

<sup>7</sup> Louez le Seigneur depuis la terre,  
monstres marins, tous les abîmes ;

<sup>8</sup> feu et grêle, neige et brouillard,  
vent d'ouragan qui accomplis sa pa-  
role ; les arbres des vergers, tous les  
cèdres ;

<sup>9</sup> Les montagnes et toutes les col-  
lines,

<sup>10</sup> les bêtes sauvages et tous les  
troupeaux, le reptile et l'oiseau qui  
vole ;

<sup>11</sup> les rois de la terre et tous les  
peuples, les princes et tous les juges  
de la terre ;

*iúvenes et vírgines, \**  
*senes cum iunióribus,*

*laudent nomen Dómini, † quia*  
*exaltátum est nomen eius solúus. \**  
*Magnificéntia eius super cælum et*  
*terram,*

*et exaltávit cornu pópuli sui. †*  
*Hymnus ómnibus sanctis eius, \**  
*filiis Israel, pópulo, qui propínquus*  
*est ei.*

*Cantáte Dómino cánticum no-*  
*vum ; \**  
*laus eius in ecclésia sanctorum.*  
*Lætétur Israel in eo qui fecit eum, \**  
*et filii Sion exsúltent in rege suo.*  
*Laudent nomen eius in choro, \**  
*in týmpano et cíthara psallant ei,*  
*quia beneplácitum est Dómino in*  
*pópulo suo, \**  
*et honorábit mansuétos in salúte.*  
*lúbilent sancti in glória, \**  
*læténtur in cubílibus suis.*

*Exaltatiónes Dei in gútture eórum \**  
*et gládii ancípites in mánibus*  
*eórum,*  
*ad faciéndam vindíctam in natióni-*  
*bis, \* castigatiónes in pópulis,*  
*ad alligándos reges eórum in*  
*compédibus \**  
*et nóbiles eórum in mánicis férreis,*  
*ad faciéndum in eis iudícium con-*  
*scríptum : \**  
*glória hæc est ómnibus sanctis eius.*

<sup>12</sup> tous les jeunes gens et jeunes  
filles, les vieillards comme les en-  
fants.

<sup>13</sup> R/ Qu'ils louent le nom du Sei-  
gneur, le seul au-dessus de tout  
nom ; sur le ciel et sur la terre, sa  
splendeur :

<sup>14</sup> il accroît la vigueur de son peuple.  
Louange de tous ses fidèles, des fils  
d'Israël, le peuple de ses proches !

**149** <sup>1</sup> Alléluia ! Chantez au Seigneur  
un chant nouveau, louez-le dans  
l'assemblée de ses fidèles !

<sup>2</sup> En Israël, joie pour son créateur ;  
dans Sion, allégresse pour son Roi !

<sup>3</sup> Dansez à la louange de son nom,  
jouez pour lui, tambourins et cí-  
thares !

<sup>4</sup> Car le Seigneur aime son peuple, il  
donne aux humbles l'éclat de la vic-  
toire.

<sup>5</sup> Que les fidèles exultent, glorieux,  
criant leur joie à l'heure du  
triomphe.

<sup>6</sup> Qu'ils proclament les éloges de  
Dieu, tenant en main l'épée à deux  
tranchants.

<sup>7</sup> Tirer vengeance des nations, infliger  
aux peuples un châtement,

<sup>8</sup> charger de chaînes les rois, jeter  
les princes dans les fers,

<sup>9</sup> leurs appliquer la sentence écrite,  
c'est la fierté de ses fidèles !

*Laudáte Dóminum in sanctuário eius, \* laudáte eum in firmaménto virtútis eius.*

*Laudáte eum in magnálibus eius, \* laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis eius.*

*Laudáte eum in sono tubæ, \* laudáte eum in psaltério et cíthara, laudáte eum in týmpano et choro, \* laudáte eum in chordis et órgano, laudáte eum in cýmbalis benesonántibus, † laudáte eum in cýmbalis iubiliatiónis : \* omne quod spirat, laudet Dóminum*

**150** <sup>1</sup> Alléluia ! Louez Dieu dans son temple saint, louez-le au ciel de sa puissance ;

<sup>2</sup> louez-le pour ses actions éclatantes, louez-le selon sa grandeur !

<sup>3</sup> Louez-le en sonnant du cor, louez-le sur la harpe et la cithare ;

<sup>4</sup> louez-le par les cordes et les flûtes, louez-le par la danse et le tambour !

<sup>5</sup> Louez-le par les cymbales sonores, louez-le par les cymbales triomphantes !

<sup>6</sup> Et que tout être vivant chante louange au Seigneur !

Après les Psaumes, une lecture brève est proclamée, à laquelle l'assemblée liturgique répond par le chant d'un répons bref.

Puis une antienne, variable selon les jours, introduit le chant du *Benedictus*, le cantique de Zacharie dans l'évangile de Luc.

## Benedictus

Benedíctus Dóminus, Deus Israel, \*  
quia visitávit et fecit redemptiónem  
plebi suæ

et eréxit cornu salútis nobis \*  
in domo David púeri sui,  
sicut locútus est per os  
sanctórum, \*  
qui a sæculo sunt, prophetárum  
eius,

68 Béni soit le Seigneur, le Dieu d'Israël, qui visite et rachète son peuple.

69 Il a fait surgir la force qui nous sauve dans la maison de David, son serviteur,

70 comme il l'avait dit par la bouche des saints, par ses prophètes, depuis les temps anciens :

salútem ex inimícis nostris \*  
et de manu ómnium, qui odérunt  
nos ;

ad faciéndam misericórdiam cum  
pátribus nostris \*  
et memorári testaménti sui sancti,  
iusiurándum, quod iurávit ad Abra-  
ham patrem nostrum, \*  
datúrum se nobis,

ut sine timóre, de manu inimicórum  
liberáti, \*

serviámus illi

in sanctitáte et iustítia coram ipso \*  
ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, prophéta Altíssimi  
vocáberis : \*  
præibis enim ante fáciem Dómini  
paráre vias eius,

ad dandam sciéntiam salútis plebi  
eius \*

in remissionem peccatórum eórum,  
per víscera misericórdiæ Dei nos-  
tri, \*

in quibus visitábit nos óriens ex alto,  
illumináre his, qui in ténebris et in  
umbra mortis sedent, \*  
ad dirigéndos pedes nostros in viam  
pacis.

71 salut qui nous arrache à l'en-  
nemi, à la main de tous nos oppres-  
seurs,

72 amour qu'il montre envers nos  
pères, mémoire de son alliance  
sainte,

73 serment juré à notre père Abra-  
ham de nous rendre sans crainte,

74 afin que, délivrés de la main des  
ennemis, 75 nous le servions  
dans la justice et la sainteté,  
en sa présence, tout au long de nos  
jours.

76 Et toi, petit enfant, tu seras ap-  
pelé prophète du Très-Haut : \*  
tu marcheras devant, à la face du  
Seigneur, et tu prépareras ses che-  
mins

77 pour donner à son peuple de  
connaître le salut

par la rémission de ses péchés,  
78 grâce à la tendresse, à l'amour  
de notre Dieu, quand nous visite  
l'astre d'en haut,

79 pour illuminer ceux qui habitent  
les ténèbres et l'ombre de la mort, \*  
pour conduire nos pas au chemin de  
la paix.

Le chant du *Kyrie eleison*, du Notre Père, et de l'oraison terminent l'office, qui est suivi de la sonnerie de l'Angelus.